



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvriss Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 3. Obsessæ ciuitatis insperatum auxiliu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

mūmq; suum quodammodo diuiserunt, aut toti negotijs imersi seculo seruiunt. Quanquam bonus Deus magis hos etiam ipsos curat, quam ipsi Deum.

§. III.

Obsessa ciuitatis insperatum auxilium.

Nec enim desunt exempla. Quām insperatō

4. Reg. 6.

succurrit usque ad desperationem obsessæ

25.

ciuitati? Factaq; est famē magna in Samaria:
Et tamdiu obsessa est, donec venundaretur ca-
put asini octoginta argenteis, Et quarta pars
cabi steroris columbarum quinque argenteis.

Si famē hæc non satis magna, considera à
matre filium coctum; considera verba ducis,
Elisæo magnam rerum omnium abundan-
tiam in sequentem diem promittente, di-
centis:

Si Dominus fecerit etiam cataractas, in

4. Reg.

cælo, nunquid poterit esse, quod loqueris? Et

7. 2.

tamen, totis repente Syriorum castris exter-
ritis, fugienteq; & rege & exercitu, quanta
omnium cibariorum copia in prædam reli-
cta est? Vnus dies totam sustulit calamita-
tem; nec citius sol noctem pepulit, quam
abundantia penuriam; & inopia rerum o-
mnium, in omnium rerum copiā est com-
mutata.

§. IV.

Mulieri per Prophetam prospectum.

Neque